

Doc. no 2210

I.  
Theologie.

№ 5046 \*



14  
2  
VI

QVÆRELA  
DE TRISTI HVIVS  
POSTREMI SECVLI STATV,  
DEQVE MISERIIIS ECCLE-  
SIAE, OMNIVM TEMPO-  
rum.

ITEM  
CONSOLATIO  
HIS ÆRVMNIS ATQVE CA-  
lamitatibus opponenda, scripta

A  
NICOLAO BOTICHERO  
RVPINENSI.



VITEBERGÆ  
Excudebat Petrus Seitz  
1564

AMPLISSIMIS ET  
ORNATISSIMIS VIRIS, SAPI-  
ENTIA, ERUDITIONE ET VIRTUTE

PRAESTANTIBVS, CONSVLIBVS ET SENATO-  
ribus in Republica Rupinensi, Domi-  
nis ac Mecœnatibus suis  
colendis.



*S*apienter scriptum est à Platone:  
Gratam de Deo famam in artibus  
esse sparsam. Quanquam enim mul-  
ta sunt in tota rerum vniuersitate,  
quæ conuincunt mentes nostras, ut fa-  
teri cogamur, & esse DEVM, &  
esse sapientem, & esse causam omnium bonorum in vi-  
ta: Tamen illustre de Deo testimonium sunt artes, &  
scientiæ extructæ ex noticijs diuinitus hominum men-  
tibus impressis, in quibus Deus gratam sui famã spar-  
sit, quæq; ingentia Dei dona sunt, data hominibus ad  
illuminandas mentes, quæ alioqui sine doctrina  
caliginosæ sunt. Hæc ingentia Dei dona decet nos  
magnifacere ac uenerari, qui in hanc stationem à Deo  
collocati sumus, vt artes vitæ humanæ salutare dis-  
camus & conseruemus.

Quapropter

2  
Quapropter ut mei quoque studij aliquod erga  
has artes, in quibus Deus gratam sui famam sparsit,  
extaret testimonium, edidi his diebus Carmen de ho-  
rum temporum statu, qui satis lugubris est.

VI  
Illud autem vobis quamuis exiguum, Amplissi-  
mi, Ornatissimique VIRI dedico, & ut sit meae erga  
dulcissimam patriam summae perpetuaeque beneuolen-  
tiae significatio, & ut mea studia vobis commendem:  
Cum enim hunc finem in studijs mihi propositum habe-  
am, ut dulcissimae patriae vsui sim more & exemplo  
maiorum nostrorum, qui semper honestum in Repub.  
Rupinensi locum habuerunt, spero animi mei vo-  
luntatem, & erga patriam affectionem, vobis prae-  
sertim viris sapientia, omni que virtutum genere ex-  
cellentibus non improbatam iri, Vosque mea studia ad-  
iuturos atque promoturos, Quod ideo maiori cum fidu-  
cia à vobis peto, quia notum mihi est, quanto amore  
Religionis, literarumque optimarum studia complecta-  
mini. Qua de re multa honorificè hoc loco commemo-  
rare possem, nisi id ab instituto meo esset alienum.

Oro aeternum patrem Domini nostri IESU  
CHRISTI, ut propter filium Mediatorem puram  
& incorruptam Euangelij doctrinam, & omnium pul-  
cherrimarum artium studia cum in alijs locis tum in  
dulcissima patria mea conseruet, ac vestram quoque  
gubernationem felicem esse velit. Bene ac fe-  
liciter  
A 2

liciter valet. Data Vitebergæ Anno 1564., die ve-  
rò 10 Augusti, quo ante annos 65 Baiazetes Im-  
perator Turcicus, auus Solymanni munitissimam  
Vrbem in Peloponeso METHONEM, quæ tunc Ve-  
netorum Imperio subiecta erat, post longam obsidionem  
occupavit, eiusque loci Episcopum & alios nobi-  
lissimos in ciuitate viros in conspectu suo ma-  
ctari iussit. Narratio extat in chroni-  
co Dreschleri de rebus Turci-  
cis.

P V

Deditissimus

Nicolaus Boticherus.



QV E R E L A  
DE MISERIIS AC  
CALAMITATIBVS HVMANI  
GENERIS OMNIVM TEM-  
porum .

**D**Vm spacios liquidas resonantis ad Albidos vn-  
Iam phœbo niueis exoriente rotis. (das,  
Humanos tristi voluo sub pectore casus,  
Et varias vitæ multiplicēsq; vices.  
Dumque diu miseras cumulo sub mente querelas,  
Vt possim imparibus iungere verba modis.  
En citò, Naiades contracta fronte puellæ,  
Neptuno veniunt concomitante Deo.  
Obstupui, gelidòque comæ terrore rigebant,  
Frigidus in trepido destitit ore sonus.  
Vna sed interea propius uestigia torsit,  
Commiscens lacrymis talia verba suis:  
Quid iuuat hei tristi nimium indulgere dolori,  
Mæstâque cum lacrymis perdere verba tuis?  
Si tua mens cupida est mæsti discrimina mundi  
Scribere, quid cessas scribere tanta diu?  
Cernis enim fragilis sint quanta pericula vitæ,  
Et quantis scateant cuncta referta malis.  
Assiduè precor, vt tantas in carmine vires  
Suppeditet Studijs faustus Apollo tuis.  
Protinus effundens lugubri voce querelas,  
Talia luctanti pectore verba dedi:

Hei

Hei mihi quam magnis pressa est Ecclesia rymbis,  
Turgditur innumeris hei mihi quamq̄ malis.  
Hei mihi queis rapitur mortalis vita procellis,  
Et velut in medio fluctuat acta mari.  
Aeterni passim spernuntur dogmata Christi,  
A quibus est animæ uera petenda salus.  
Iussa Dei spernunt binis inscripta tabellis,  
Nec vera Christum religione colunt.  
Multi constituunt falsorum Numina Diuûm,  
Illorum statuas, quas reuerentur habent,  
Sunt qui deprauant ficto pia dogmata fuco,  
Et vatum falso pectore scripta sonant.  
Pro dextrè dictis figmenta humana sequuntur,  
Ex cerebro fingit dogmata quisque suo.  
Vt sic cœlestis detracto patris honore,  
A populo quærant mobile laudis opus.  
Hoc facit ambitio. vexat quæ sæpè superbos,  
Demissos prorsus quos decet esse viros.  
Qui nocitura mouent sacris de schismata rebus,  
Errorem sequitur dummodò quisque suum.  
Interea dubijs veneratur numina votis  
Vulgus, nec soluit debita vota Deo.  
Quare nemo potest summum nouisse parentem,  
Nec Gnatum celso quem dedit axe suum.  
Quisque Dei vanos usurpat nomen in vsus,  
Conspurcat sacros lingua proterua libros.  
Quilibet admiscet rebus diuina prophanis,  
Aeterni spernens verba verenda Dei.

EST



Est extincta fides, nullo reparabilis auro,  
Vnica quæ certam monstrat ad astra viam.  
Spes extincta iacet, nemo speratque futura  
Ob Christum gratis cœlica dona sibi.  
Diligitur nemo, nulli dilectio curæ,  
Quæ nos fraterno viuere amore iubet.  
Extat vix vnus veræ pietatis amator,  
Qui timeat vera cum pietate Deum.  
Pectore fert forti prædura pericula nullus:  
Sed metuit casus anxia vita graues.  
Vinea sic Domini trucibus vastatur ab apris,  
Spumigeri vertunt & sata culta iues.  
Vinitor assiduus dictis laceratur acerbis,  
Vnum quod fecit vixque probatur opus.  
Vitis & incuruis resecatur falcibus alma,  
Ne possit ramos multiplicare suos.  
Ignorat palmes virides protrudere gemmas,  
Vinea sic vis non scatet alma suis.  
Hinc quia non spumet plenis vindemia labris,  
Grata nec optatæ tempora messis erunt.  
Adde quod humanos si contemlemur honores,  
Et contemlemur publica damna simul.  
Cernimus Imperijs nil esse solutius ipsis,  
Omnia per præceps dum sine lege ruant.  
Omnia crudeli resonant loca plena furore,  
Gignit & implexos turba maligna dolos.  
Scilicet infesti grassantur vt acriter apri,  
Si quis in aduersos obuius ire velit.

Sic

Sic reges ipsi turbant sua regna furentes,  
Et miseros spreto iure, fideque premunt.  
Ille grauat censu miseros, & mole laborum,  
Hic pœnis asper, cladibus ille ferox.  
Tolluntur bona sacra, nec ipsis parcitur aris,  
Gloria magna sacras est spoliare domos.  
Nil magis oblectat quam vis violenta superbos.  
Dum sibi quod placitum est quisque licere putat.  
Quare funesto flagrant loca cuncta tumultu,  
Martius & toto regnat in orbe furor.  
Austriacas Turcus bellum mediatur ad oras,  
Bellaque cum multis irrequieta gerit.  
Hostis equo pollens, longeque volante sagitta,  
Vicinos passim depopulatur agros.  
Imo etiam nostris saeuè grassabitur oris,  
Ni Deus auxilium, suppetiasque feret.  
Dicitur hunc dira grassatum cæde Tyrannum,  
Corpora mortifera multa dedisse neci.  
Funditus euertisse micantibus oppida flammis,  
Captos Sarmaticis exposuisse plagis.  
Abripuisse pias ad stupra nefanda puellas,  
Et vetitos dirè conscelerasse thoros.  
Sænior infixit pueros Busiride palis,  
Sollicitans matres hac ratione pias.  
Insuper & Moscus iustos feritate trucidat,  
Omnia funesta dum loca cæde replet.  
Deuastat fortes armis crepitantibus vrbes,  
Ille cremat multas igne volante domos.

Effædat

Effædat patrios natorum funere vultus,  
Et populos dura conditione premit.  
Quorum pars cadit infectis transfossa sagittis,  
Sanguine vipereo spicula tincta gerunt.  
Pars agitur vinc̄tis post tergum capta lacertis,  
Sarmaticos longè pellitur inque sinus.  
Innumeras tristi committit funere strages,  
Et passim laniat corpora multa virum,  
Adde quod aduersus sanctos inière Papistæ  
Consilia, ignauæ dedita turba gula.  
Utque sitim nostro possint explere cruore,  
Aspera nos contra bella mouere student.  
Quò mercede Deum nulla pietate colentes,  
Et fallant vulgus & mala lucra petant.  
Hi sunt qui nudis astant mucronibus hostes,  
Lethalis latè serpat vt inde furor.  
Hi sunt qui bella gerunt, homicidia, pestes  
Spargunt, vt tollant prorsus ouile Dei.  
Nec satis est Turcam, Moscum, sæuosque Papistas  
Horrida cum sanctis bella ciere Dei.  
Regibus incedit magnis discordia tanta,  
Vt fera cum proprio sanguine bella gerant.  
Vidimus hinc gladio, morbis & frigore multos,  
Nec dira paucos occubuisse fame.  
Vertimus in proprios fratres tela, horrida tela,  
Subijcimus populos asperitate fera.  
Vrbs quoque vicina dirè grassatur in vrbe,  
Ciuis & à proprio ciue peremptus obit.

B

Quid

Quid queror in tanta miserarum turbine rerum,  
Quo potero gemitus claudere fine meos?  
Tangere sed quem non hæc tanta pericula possent?  
Sinon in duro corde adamantina gerat.  
Singula quid referam? nihil est hoc tempore in orbe,  
Quod careat vitijs, non scateatque malis.  
Ira furor tristis multos compellit ad arma,  
Ut data percupiant pellerè damna sibi.  
Litibus impulsì diræ demittere morti,  
Ardent, exitium viq; doloq; parant.  
En nullos inter uera est concordia fratres,  
Gnata ferit matrem, filius atque patrem.  
Fœmina fraude suum necat insidiosa maritum,  
Spontè gener socero tristia multa struit.  
Plures inuidiæ flagrantes felle cruentæ,  
Dispergunt odij semina dira mali.  
Rodere conantur famam, nomenque bonorum,  
Inque pios iaciunt verba proterua viros.  
Pars trahit in noctes turpi conuiuia luxu,  
Securumque Dei nescia tempus agit.  
Qui prior exhaurit cyathos, & pocla, recentes,  
Et vasa in mentes euacuata quatit.  
Hunc tantum meritiæ virtutis nomine dignum  
Esse ferunt, miris laudibus atque uehunt.  
Pignore deposito dicunt certasse bibacem,  
Bis sex hausturum pocla referta mero.  
Aspera sed pignus sustollere pœna negauit,  
(Namque inter calicem labraque multa cadunt.)  
Nam

Nam cadit in præceps, oculis horrenda tuetur,  
Corporis accrescunt turgida membra sui.  
Umbriferas donec Satanae penetraret ad undas,  
Solueret & sceleris præmia iusta sui.  
Plures Ebrietas nigrum deducit ad Orcum,  
Quam mors, quam ferrum, quam fera bella Ducum.  
Vexat & innumeras vesana superbia mentes,  
Quæ tumidos multos reddit & ipsa viros.  
Fronte parat multis discrimina magna salaci,  
Illa struit multis tristia damna viris.  
Urbes præclaras studia in contraria scindit,  
Miscet cum multis prælia dira viris.  
Ut sibi perplaceat reliquos, non spernere tantum  
Possit, sed dictis dilacerare suis.  
Ast Deus elata contundit mente superbos,  
Qui vera Christum non pietate colunt.  
Innumeros Reges regni priuauit honore,  
Sustulit abiectos rursus ad astra pios.  
Sic Deus elatam depressit atrociter Euam,  
Factori similis quæ cupit esse suo.  
Lucifer æqualem quando affectaret honorem,  
Se similemque Deo, pulsus ab arce poli est.  
Languida segnicies grauium fugitiua laborum,  
Dilatrix operum regnat in orbe pigro.  
Multi segnicie confringunt robur inertis,  
Officij præstant munia nulla sui.  
Fungitur officio nemo, toleratque labores,  
Otia sed potius desidiosa trahit.

Otia, felices quæ vastant funditus vrbes,  
Et sunt ingentis causa & origo mali.  
Hei mihi quam multi lectos temerare iugales  
Flagrant, & turpi scorta fouere modo.  
Efferro sed nunquam tantarum pondera rerum,  
Materia vires exuperante meas.  
Per mare per terras discurrit auarus & ignes,  
Exiguo vt magnas tempore querat opes.  
Quisque cupit nummos, nummos miratur & ambit,  
Vt grauis ære domum dextra redire queat.  
Deinde sed hic fruitur quæ sitis turpius illis,  
Gaudeat vt gnatus non & ab asse patris.  
Humanis opibus siquidem qui fudit aberrat  
Consilijs que miser fallitur ipse suis.  
Quid multis hominum deplorem crimina verbis,  
Quid memorem fraudes, quid scelus atque dolos?  
Virtuti meritum nemo concedit honorem,  
Est virtus multis nunc odiosa viris.  
Denique quot morbis vexentur corpora nostra,  
Hoc medica exactè te monumenta docent.  
Non vllus modus est grauium, numerusq; malorum,  
Vita sed in medijs acta mouetur aquis.  
Quin etiam humano generi sunt signa futuræ  
Cladis, ab offenso significata Deo.  
Sidera prædixit Christus sublimia cœli,  
Tristia non dubia certa datura fide.  
Et nunc illa quidem sese iam tempore longo,  
Vndique mirandis exhibuere modis.

Sæpe

2  
VI  
Sæpe quidem toto gemitus Ecclesia cælo  
Audijt, atque equitum millia multa simul.  
Æthere qui claro populis spectantibus illud,  
Inter se vires exeruere suas.  
Effusus veluti concreta grandine nymbus,  
Purpureo verides gramine strauit agros.  
Concrepuit nitidus multis clangoribus æther,  
Indicium casus edidit atque sui.  
Vidimus horribiles quoties arsere Cometæ,  
Certa secuturi signa fuisse mali.  
Vidimus horrisono terram tremuisse tumultu,  
Terra debiscentes traxerit utque sinus.  
Certa secuturae sunt hæc præfagia cladis,  
Offensi nobis quam parat ira Dei.  
Aspera cum nuper mouit Moscouia bella,  
Victor & in tanta classe polonus erat,  
Vidimus ætherea radios in nube micantes,  
Inter se diras conseruisse manus.  
Monstrosos taceam partus hominumq; boumq;  
Terruit vt matrem sæpè propago suam.  
Terribilem monstrant diuini numinis iram,  
Ceu digito certis talia signa minis.  
Chara refer causas tantorum Musa malorum,  
Et pereat miseris cur pia turba modis?  
Quid moror? Ipse Deus celsi dominator Olympi,  
Ex nihilo mundi cum fabricasset opus.  
Mox hominem fecit tenui de puluere ductum,  
Esset vt æterni mens & imago Dei.

B

5

Addidit

*Addidit huic sociam medio de corpore sumptam,  
Sic Deus unanimi nequit amore duos.  
Nec mora coniunctos horto praefecit amœno,  
Et sua dissoluit talibus ora sonis.  
Carpite vos fetus quosuis produxerit hortus,  
Arbor at hæc nulla sit violanda manu.  
Hæc ego præcipio vobis, hæc iussa relinquo,  
Qui cupiet fructum carpere morte cadet.  
Dixit at insidijs fallacis adaucta Draconis,  
Decerpfit vetitos fœmina prima cibos.  
Angelus occultis ambos depellit ab hortis,  
Qui sibi pro vita commeruere necem.  
Nec primi tantum lapsu cecidere parentes,  
Vnius ob noxam condita cuncta ruunt.  
Omne malum pomi morsu transiuit in orbem,  
Hinc homines adeo languida massa sumus.  
Hinc cædes & bella vigent, homicidia surgunt  
Proditio, pestes, iurgia, furta, neces.  
His licet innumeris sint omnia plena periclis,  
Et varijs hominum vita referta malis.  
Hei grauiore tamen premitur pia turba periclo,  
Et iacet innumeris obstupefacta malis.  
Nempe pius telo fraterno cæsus Abelus,  
Gaudia perpetuae læta salutis habet.  
Crudelis Cain vitæ spoliator Abeli,  
Perpetuae sentit spicula dira necis.  
Abimelech odio, regnique cupidine tactus,  
Occidit fratres hei feritate suos.*

*Commissio*



Commisso meritas soluit pro crimine poenas,  
 Gutturis immundo pulvere clausit iter.  
 Saul qui Davidis speravit sanguine praedam,  
 Et titulum voluit mortis habere suae.  
 Ipse sibi gladio mortem consciuit atrocem,  
 Et poenas scythica de feritate dedit  
 Fatidici dira perierunt morte perempti,  
 In quibus afflatæ semina mentis erant.  
 Quid quod & aeterni mens, splendor, imago parentis,  
 Filius est serui factus imago Dei?  
 Vilis, inops, pauper, nudus, contemptus & aeger,  
 Nos propter spretas sustinuitque vices.  
 Captus & illusus, flagris percussus & iectus,  
 Affixus veluti triste catharma cruci est  
 Conditæ lethiferis ut corpora duceret undis,  
 Æthereo soluens debita λύτρα patri.  
 Parca peremisti fatis crudelibus illos,  
 Verba redemptoris qui docuere sui.  
 Quos velut agricolas Christus dispersit in orbem,  
 Ut sererent verbi semina leta sui.  
 Lazarus extrema ceu paupertate sepultus,  
 Ducitur in gremium sancte Abrahamæ tuum.  
 Dives at insigni contra splendore sepultus,  
 Aduolat ad Stygium præda petita lacum.  
 Hussius intrepido confessus pectore Christum,  
 Vertitur in cineres, igne cremante, truces.  
 Sæpè dedit letho iustos effrena Tyrannis,  
 Quod colerent vera religione Deum.

Eben

Eheu quam tristes Ecclesia pectore luctus  
Sustinuit, varijs debilitata modis.  
Passa tot est clades & tot discrimina passa,  
Sidera quot cœlum, quot uehit amnis aquas.  
Eheu quam vastis iaceat nunc acta procellis,  
Iam iam submergi iam perijsse vides  
Aer quot volucres capiunt quot flumina pisces,  
Illa tot innumeris tunditur acta malis.  
Sed licet aduersis agitur pia turba periclis,  
Illius vt careant penè pericla fide.  
Hanc tamen ille Deus, cœli qui sidera torquet,  
Vindice sustentat, pro bonitate, manu.  
Erigit afflictam, medijs conseruat in undis,  
Et manet oppressos anchora firma pios.  
Qualiter inclusus Daniel horrente cauerna,  
Ipsius in tuto est vindice vita Deo.  
Ne foret Afrorum tristis laniena Leonum,  
Escâque Fatidici membra cruenta viri.  
Hosce etenim videas rictus truculenter hiantes,  
Intentare viro tristia fata Dei.  
Ast λόγος ipse patris Gnatus, de lumine lumen,  
Præsenti præsens numine misit opem.  
Tres soles latuit ceti conclusus in aluo  
Jonas, cum naui præcipitatus erat.  
Et bonitate Dei vitales rumpit in auras,  
Lux ubi terna suis astra fugasset equis.  
Incolumemque Noam Deus asseruauit in arca,  
Conseruat multos & sine fine viros.

Præterea

Prætereà Sathanas maiores surgit in iras,  
Sedulus excubias ac inimicus agit.  
Hic rapidi semper de more Leonis oberrat,  
Ut rabido cunctos deuoret ore pios.  
Obruat incautos discrimina nulla timentes,  
Et retrahat multos à pietate Dei.  
Accelerare videt nam secla nouissima mundi,  
Adueniatque cito quod pede summa dies,  
Proptereà sanctos curis ingentibus angit,  
Et studet ex omni parte nocere pijs.  
Sæpè Deus varijs tentat sanctosque periclis,  
Ut probet aduersa conditione fidem,  
Monstret ut humanæ non fortia robora carnis,  
Pæniteatque pios tetra patrasse viros,  
Promptior ut sanctis commissa piacula remittat,  
Reliquias veteris mortificetque luis,  
Indeque cœlestis concrescat gloria patris,  
Gloria perpetua concelebranda die.  
Nam Deus infida iactat quos diligit vnda,  
Quos amat aduersis corripit ille modis,  
Quos iuuat ille premit, quos mergit laudibus ornat,  
Quos curat varijs ipse probatque malis.  
Forsitan obijciat quisquam se noscere clades,  
Ipsarum causas & didicisse ferè.  
Sed nescire pijs sacra quæ solatia præstent,  
Et possint varijs nos reuelare malis.  
His ergò qui certa cupis medicamina morbis,  
Et veniat miseris quæ medicina malis.

C

Crede

Crede loquar, mæstis pia quæ solatia præstent,  
Quæ possint curas demere, crede loquar.  
Quod premitur varijs semper pia turba periclis,  
Et metuit clades vita caduca graues.  
Crede mihi, summi patris fuit, estque voluntas,  
Qua sine nil fieri prorsus vbiq̃ue potest.  
Hic metas posuit vitæ, finesque laborum,  
Extremum mortis constituitque diem.  
Est quia cunctipotens alti dominator Olympi,  
Et premit imperio condita cuncta suo.  
Hic sanxit certas diuino numine leges,  
Nostra quibus voluit subdere colla iugis.  
Hic vult mortales Gnati quos morte redemit,  
Prædura vitæ conditione premi.  
Vt spretis opibus mundi cœlestia quærant,  
Et sacra cœlestis verba salutis ament.  
Propterea varios immittit sæpè dolores,  
Constantique probat pectora fulta fide.  
Nunc belli clades, pestes, contagia mittit,  
Nunc malè grassari spicula dira famis.  
Nuncque sinit varij rapiant vt corpora morbi,  
Inque labore pios fermè perire viros.  
Non tamen idcirco facit, vt nos perdere tentet,  
Sed magis vt patria pro bonitate iuuet.  
Non etenim dira letatur morte scelesti,  
Sed magis ut uiuens desinat esse malus.  
Conspicit obscura mersas caligine mentes,  
E tenebris rursus quas reuocare cupit.

Conspicit

2  
VI  
Conspicit horrendis homines affectibus uti,  
Quos pœnis rursus mortificare studet.  
Sicut amat genitor charos sua pignora natos,  
Et quacunq; potest parte iuuare iuuat.  
Sic Deus errantes flagrat reuocare pupillos,  
Et viduis pronam ferre salutis opem.  
Deinde virum fortem nulla ratione moueri,  
Sed sua constanter ferre pericla decet.  
Est commune malum varios perferre labores,  
Quos Deus ingenuo pectore ferre iubet.  
Plurima sic Pharijs Iosephus passus in oris,  
Imperij tandem regia scepra capit.  
Hæc eadem durant nostro quoque tempore fata,  
Parcit enim nulli sæua procella rati.  
Cur igitur tristes casus perferre grauemur,  
Omnes vna premit fors, dubiæque vices.  
Crede mihi nemo est ex omni parte beatus,  
Dum non vitali lumine cassus erit.  
Tristia cum letis miscentur tempora rebus,  
Candidus adportat nubila densa dies.  
Hæc vigili reputabis mente, fideliter orans,  
Vt ferat auxilium filius ipse Dei.  
Qui propter miseros cœlo descendit ab alto,  
Vt placidam ferret sponte salutis opem.  
Qui pia desertæ reddit solatia plebi,  
Et fert ablatis gaudia leta malis.  
Sed iuuat hic, recti cum mens sibi conscia facti  
Officij præstat numina iusta sui.

Cur igitur reuuis seuos tolerare dolores,  
Dum tua mens recti conscia, iusta facit.  
Si tua mens grauibus fuerit maculata piaculis,  
Erigat ad sanctas se magis illa preces.  
Vt Christo ista suae subeat miseratio mentis,  
Qua solet afflictis ferre benignus opem.  
Non Deus admissae perpendit crimina culpae,  
Condonat miseris cuncta piacula pijs.  
Dulcia tranquilla reddit quoque gaudia mœstis,  
Et placida monstrat nobile pacis iter.  
Nam sua conuincit nostras miseratio mentes,  
Præcellit maculas gratia Diua tuas.  
Sollicitæ quò dira magis sunt tempora vitæ,  
Ipse Deus præsens hoc magis esse solet.  
Sic sua nos sancto custodia numine seruat,  
Vt seruare oculos chara pupilla solet.  
Ne capitis pilus aut multo quod uilius illo est,  
Decidat, æthereus ni velit ipse Deus.  
Quamuis astutus Satanas, cupidusque nocendi,  
Interdum seua vulneret arte piùm.  
Non tamen hic transire potest sine Numine metam  
Præfixam, metas illius ira tenet.  
Ergo licet seuis affligat cassibus orbem,  
Et curis angat pectora iusta Deus.  
Ille tamen iustos tandem discrimina passos  
Liberat, & passis subleuat ille malis.  
Ille dat in mœstis solatia prospera rebus,  
Rursus & in vitam mortua membra leuat.

Eruit

2  
VI  
Eruit & miseros depressos mole laborum,  
Spes quibus auxilij nulla superstes erat.  
Denique seu placida, seu tristi morte peremptos  
Fidentes Christo cœlica ad astra vehit.  
Suscipit illa animam cœlestia dona petentem,  
Quæ sancta Christi morte redempta fuit.  
Ut cum Martyribus Christo, sanctisque Prophetis,  
Coràm conspiciat membra verenda λόγος.  
Ambrosijs viuat sacro quoque Nectare, captet  
Gaudia perpetua non moritura die.  
Ergò qui cupitis cœlestis gaudia vitæ,  
Contuituq; Dei colloquioq; frui.  
Discite præmoniti venientem agnoscere Christum,  
Omnia sunt cuius clausa & aperta manu.  
Tempus adest veniæ, veniam pariterque precemur,  
Acceptumque, caput tollite, tempus adest.  
Ponite seuiiciam, discordes ponite mentes,  
Et valeant illi qui simulanter agunt.  
Non quisquam pestes, rixas & bella mouebis,  
Funera præstiges nec dare multa neci.  
Nam Deus admissæ cædis quoque criminis vltor,  
Puniet hos, tales qui dedit ore sonos:  
Humano quisquis profuderit ense cruorem,  
Huius ab humano decidat ense caput.  
Sic perijt Cain maculatus sanguine fratris,  
Vritur in Stygijs ac homicida focus.  
Impius horrenda sic est Saul morte peremptus  
Admissi pœnas criminis atque luit.

Non quisquam lusus turpes, non otia quære,  
Nec vitæ fragilis dura pericla fuge.  
Sed magis ignaram præceptis excole mentem,  
Et duc in rectum quicquid aberrat iter.  
Unius & Domini venerabile nomen adora,  
Unius & Domini tradita iussa cole.  
Audi diuinas, & percipe pectore voces,  
Assiduè veniens ad pia templa Dei.  
Funde preces crebras, excelsa ut Sydera pulsent,  
Vota pij cætus sæpe iterata valent.  
Mens tua suspiret Christum, confidat eidem,  
Pendeat à solo spes tua tota Deo.  
Mente Deum tota cole, dilige, dilige fratrem,  
Omnia quæ stolidus defuge mundus amat.  
Ut breuiter dicam diuina oracula discas,  
Pectoribus teneas nec abitura tuis.  
Ipse genu flexo crimen profiteri patratum,  
Ac fidei fructus pectore & ore refer.  
Sollicita mitem luctanti pectore Christum,  
Supremo soluens vota benigna Deo.  
Ne tua respiciat commissæ crimina culpa,  
Sed reddat nati munera grata sui.  
Et te diuino rursus spiramine donet,  
Donet & astrigeri regna beata poli.  
Tunc vbi perpetuo laudabis pectore Christum,  
Io, io, io, tales voce canesq; sonos:  
Turba diuturno pia quæ fuit anxia luctu,  
Nunc capit immensi gaudia leta poli.

Vita



Vita tumescenti fragilis iactata procella,  
Sentit & in tuto prospera cuncta vado.  
Gratia summa Deo, illis qui solatia præstat,  
Qui curæ requies, qui medicamen adest.  
Qui dux est vitæ, qui nos abducit ab orco,  
E medijsquè malis tollit ad astra poli.

**F I N I S.**



Et in tempore illius iactata procella  
Sicut et in tuo profertur emissa Sado  
Gressu hominum Deo, illis qui solatia praestat  
Qui curas requirit, qui medicamentum adhibet  
Qui dux est dicit, qui nos abducit ab orco  
Et in quibus malis tollit ad astra poli

F I N I S



vi. *Lumina de tristi hujus postremi seculi Statu*  
*deq. miseris Ecclesia omnium temporum. Aut:*  
*Nic. Batichero: Wittenb. ab. 1564.*

18. *von Papsttum. Das ist ein hartlösigung halpöltiger*  
*listiger u. böser practiquen vntersandt, die Inquisition*  
*u. Observation der Schützigen placatum von Cardi-*  
*nale Granduella, und seiner Aufseherfundan p. A. M. D. LXVI*


19. *Waisensetzige man Zeitung von der gewaltigen Diskurst, die*  
*von Gruningen gefaltan ist worden, zwischen Graf Ludwig*  
*von Nassau und Grafen von Ansbach, p. geschriben den 23.*  
*Maji ab. 1568.*


20. *Wingel Zeitung vnt dem Niederlande, was sich erstlich den*  
*7. Octobr. mit Annehmung und Einnehmung der*  
*Stadt Santtroij, p. zugabragan, Item von der Englischen*  
*Inquidennis, welche der Herzog von Condé wider den*  
*König und Gruesen p. vntert set, 1568.*

AB 40  $\frac{21}{43}$

ULB Halle 3  
001 967 576  


Sb





Farbkarte #13

B.I.G.

LA  
HVIVS  
LI STATV,  
IS ECCLE  
TEMPO

TIO  
CTOVE CA  
da, scripta

ICHERO  
NSI.

RGÆ  
s Seitz  
4

14

2

VI

